

*Christus introivit in ipsum cælum.*

Léctio Epístolæ ad Hebræos

9, 24-28; 10, 19-23

- <sup>24</sup> Non in manufacta Sancta Christus introivit,  
quæ sunt similitúdo verórum,  
sed in ipsum cælum,  
ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis;
- <sup>25</sup> neque ut sæpe ófferat semetípsum,  
quemádmódu pónlífex intrat in Sancta  
per síngulos annos in sáanguine aliéno.
- <sup>26</sup> Alióquin oportébat eum fréquénter pati  
ab orígine mundi;  
nunc autem semel in consummatione sæculórum  
ad destitutióne peccáti  
per sacrificium sui manifestátus est.
- <sup>27</sup> Et quemádmódu statútum est homínibus semel mori,  
post hoc autem iudícium,
- <sup>28</sup> sic et Christus,  
semel oblátus ad multórum auferénda peccáta,  
secúndo sine peccáto apparébit  
exspectántibus se in salútem.

[10, 1-18]

- <sup>19</sup> Habéntes ítaque, fratres, fidúciám  
in intróitum Sanctórum in sáanguine Iesu,  
<sup>20</sup> quam initiávit nobis viám novám et vivéntem  
per velámen, id est carnem suam,  
<sup>21</sup> et sacerdotem magnum super domum Dei,  
<sup>22</sup> accedámus cum vero corde in plenitúdine fidei,  
aspérsi corda a consciéntia mala  
et ablúti corpus aqua munda;
- <sup>23</sup> teneámus spei confessióne indeclinábilem,  
fidélis enim est, qui repromísit.

Verbum Dómini.